



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Hexameron Mysteriologicvm in quo ex Gen. c. 1.  
Cosmopoeja Hominis Lapsi Mystica id est Omnia omnium  
à Creatione Mundi statuum propriè dicta Sacra menta  
salutis perditae restaurativa nec non Hierarchia ...**

**Stummel, Friedrich  
Sneps, Martin**

**Heripoli, 1663**

Reseratio Secunda.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9468**

3.

humanæ submersionis : hinc  
cum miseratione cœpit opera-  
tio divina : dixit q. Deus : fiat lux. versu 3.

## RESERATIO SECUNDA.

Opus prime diei 4. 5. & 6. versu.

Gen. i. expressum, mysticè de-  
signat primam medicinam con-  
tra lapsum, Remedium scilicet  
naturæ, idq. fuisse Sacramen-  
tum propriè dictum.

**E**t facta est lux, in hemisphæ-  
rio mundi rationalis, suo  
splendore Adam & succedaneos  
ejus plenisimè illuminans: or-  
natus ergo mundi (microcosmū  
intellige) ad sui reparationem  
primordia sumpsit à luce fidei  
supernaturalis in eum, qui it-  
luminat omnem hominem, ve Joan. 3.  
nientem, in hunc mundum, v. 9.

Christum videlicet verum

A 2 Mef-

4.

Messiam in carne venturum.  
Non potuit esse dies prima sine  
istâ luce, in qua sibi complacu-  
it Deus, nam *vidit quod esse bo-*  
*na, Et divisit lucem à tenebris in*  
*hemisphœrio intellectuali, se-*  
*cundum utramq; superiorem*  
*portionem mentis & volunta-*  
*tis, quam alioqui caligo noctis*  
*peccati, salvô, in facultate ani-*  
*mæ alterâ, lumine fidei, occu-*  
*pare nihil prohibet, etenim fi-*  
*dei claritatem in Messiam nul-*  
*latenus expaverunt tenebræ*  
*peccati Originalis : lux ista to-*  
*tum itaq; hominem fidei & gra-*  
*tiæ sanctificantis irradiavit ful-*  
*goribus, meritoq; Deus appella-*  
*vit lucem diem Et tenebras no-*  
*ctem, quæ in justis secundum*  
*ullam portionem simul stare*  
*nequit cum luce sanctificante,*  
*cujus*

v. 4.

v. 5.

cuju  
ex o  
omr  
vel i  
vuli  
ritu  
natu  
quid  
fidei  
signi  
nobis  
prot  
divid  
signi  
vim  
cred  
lute  
ræ à  
R  
Com  
b

## 5.

cujus splendore in lege naturæ  
ex opere operato venustantur  
omnes, non solum adulti, viri  
vel mulieres, sed & eorum par-  
vuli, præsertim cum essent mo-  
rituri mediante Remediō legis  
naturæ, quod proinde vanè  
quidam afferunt fuisse solum  
fidem interiorem, quin potius  
signum aliquod externum (etsi  
nobis secretum) fidei internæ  
protestativum ac gratiæ, quam  
dividebat Deus à tenebris tum  
significandæ, tum efficiendæ  
vim habens, proprieq; dictum  
credimus Sacramentum ad sa-  
lutem viatorum in statu natu-  
ræ à DEO designatum.

## RESERATIO TERTIA.

Compleetur dies prima. Malitia  
hominum morte multatur

A 3

per